



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXIV. Epistola Abatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

tum adimpleuit. Propterea omnino tibi iubemus dum tales vobis datos habuit fideiussores, & placitum suum nullatenus custodiuit, ut quicquid lex loci vestri de tali causa edocet, vobis distringentibus, memoratus ille partibus illius compонere, & satisfacere non recuset.

XXXIV. E P I S T O L A A B A-
tis vel rectoris Ecclesiae.

IN Dei nomine ille quamquam peccator Aba , dilecto amico nostro illi. Dum & omnibus habetur percognitum , qualiter tu rem ptoprietatis tuæ illam accepta pecunia de thesauro ipsius sancti per vēditionis titulum distraxisti. Vnde & precariam nobis ex hoc emisisti , & censisti te dare , in luminaribus ad festiuitatem ipsius Sancti , hoc est tantum. Ideo vna cum consensu fratrum nostrorum , hāc epistolam

Z

tibi emittendam decreuimus : Ut ipsum locum cum omni integritate, vna cum Dei gratia, & nostra voluntate, absque præiudicio sancti illius, diebus vitæ tuæ visualiter tibiliceat tenere. Et post tuum quoque discessum ipse locus cum omni integritate, vel re meliorata, vel supraposito, partibus nostris, vel ipsius Basilicæ reuertatur : quam epistolam manu propria subterfirmaui-
mus.

XXXV. D O N A T I O A D E C-
clesiam post obitum.

LVcrum maximum credimus animarum, si dum vnuſquisq; corporeis motibus terram inhabitat, pro amore cogitet domus æternæ, vel amore temporalium rerum sperandarum sibi cumulet munima diuitiarū, aut certè si id quod remanendo perire poterat in ſacu-